



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros distributae**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

IV. Ad Florentium. Quantus beatitudinis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37862**

IV. Hieronymus Florentio, confirmans in ita cum  
amico illo necessitudinem. Tum seipsum val-  
de dejicit, facta cum Ruffino sui  
collatione.

Quantus beatitudinis tuæ rumor diversa po-  
pulorum ora compleverit, hinc poteris æsti-  
mare, quod ego te antea incipio amare, quam  
nosse. Ut enim ait Apostolus: Quorundam ho-  
minum peccata manifesta sunt, præcedentia ad  
judicium; ita è contrario tuæ dilectionis fama di-  
spersitur, ut non tantum laudandus sit ille, qui te  
amat, quantum scelus facere putetur ille, qui non  
amat. Prætermitto innumerabiles, in quibus  
Christum sustentasti, pavisti, vestisti, visitasti. He-  
liodori fratris à te adjuta necessitas, multorum  
etiam potest ora laxare. Quibus gratijs, quo ille  
præconio peregrinationis incommoda à te foto  
referebat? Ita ut ego ille tardissimus, quem into-  
lerabilis languor vexat pennatis (ut ajunt) pedi-  
bus, certè charitate & voto, te salutaverim, & et-  
iam complexus sim. Gratular itaque tibi, & na-  
scentem amicitiam, ut Dominus concedere  
dignetur, precor. Et quia frater Ruffinus, qui  
cum sancta Melania ab Ægypto Hierosolymam  
venisse narratur, individuam mihi germanitatis  
charitate connexus est, quæso ut epistolam meam  
huic epistolæ tuæ copulatam, ei reddere non gra-  
veris. Noli nos ejus æstimare virtutibus. In illo  
conspicies expressa sanctitatis \* vestigia: & ego  
cinis & vilissima pars luti, etiam favilla, dum ver-  
tor, satis habeo, si splendorem morum illius im-

Tem. 8.

\* Inst.  
gnia.

B 2

becil.



Hieronij-  
anis. mor.

Pf. 145.  
Esa. 66.

Roan. II.

becillitas oculorum meorum terre sustineat. Illi  
modò se lavit, & mundus est, & tanquam nix de  
albus: ego cunctis peccatorum sordibus inquinatus  
natus. diebus ac noctibus opperior cum tremore  
reddere novissimum quadrantem. Sed tamen  
quia Dominus solvit compeditos, & super humi-  
lem & trementem verba sua requiescit, forsitan  
mihi in sepulchro scelerum jacenti dicat, Hiero-  
nyme, veni foras. Sanctus presbyter Evagrius  
plurimum te salutat, & Martinianum fratrem  
juncto salutamus obsequio, quem ego videre de-  
siderans, catenâ languoris innector.

V. Hieronymus eidem Florentio, Ad scriben-  
dum hortatur amicum, & mitti qua-  
dam postulas.

**I**N ea mihi parte eremi commoranti, quæ juxta  
Syriam Saracenis jungitur, dilectionis tuæ scri-  
ptæ perlata sunt. Quibus lectis ita reaccensus est  
animus Hierosolyman proficiscendi, ut penè no-  
cuerit proposito, quod profuerat charitati. Num  
igitur quomodo valeo, pro me tibi literas repre-  
sento: etsi corpore absens, amore tamen & spiri-  
tu venio, impendio exposcens, ne nascentes ami-  
citas, quæ Christi glutino cohæserunt, aut tem-  
poris, aut locorum magnitudo divellat, quin po-  
tius fœderemus eas reciprocis epistolis. Hæc inter  
nos errant, illæ sibi obviant, illæ nobiscum lo-  
quantur. Non multum perditura erit charitas,  
tali secum sermone fabuletur. Ruffinus autem  
frater, ut scribis, necdum venit: & si venerit, non  
multum proderit desiderio meo, cum eum jam  
visu